

dict. sing. 87. num. 10. Noguerol. allegat. 6. num. 84.

Ad Num. 5.

- 14 Hunc intellectum ad d. l. 7. Partitio, divinatiorum appellat Molina d. cap. 12. nu. 4. & alios Gomezii, & Matienzi refellit Mieres ubi proxime. Nec absolute dici potest per eam legem Regiam jus commune corrigi, si ut sonat, admittatur, quandoquidem circa intellectum d. l. quodammodo, fuerunt diversae opiniones quodam dominii, & possessionis translationem, ut nuper ostendimus; quarum alteram, et si minus frequenter, tanquam veriorum sive videri earum legum conditores amplexi sunt, quod non semel facere, ut Gregor. Lop. pluribus in locis adnotavit; quam etiam tenuerunt cum Decio, Anton. Fab. error. pragmatic. decad. 47. error 8. Mol. de rit. nuptiar. lib. 3. q. 24. nu. 250. 251. Decian. conf. 55. num. 3. in princ. vol. 3. Peregri. de fiduciis. art. 5. nu. 16. cumseq. Cravet. conf. 19. nu. 9. Mieres supra nu. 7.

Ad Num. 6.

- 15 Donatio facta Ecclesiae cum gravamine, ut aliquid facere, vel dare teneatur; eo non impleto, minimè potest revocari; sed agitur, ut donatoris pareatur voluntati: Bartol. in collect. ad c. verum, nu. 2. de condit. apposit. Hermos. in d. l. 6. gloss. unic. num. 26. Tondut. resolut. Canonar. c. 83. num. 4. Joseph. Ludovic. Perusin. dec. 29. nu. 22. Bald. Novell. de dot. part. 6. privileg. 57. Gratian. supr. cap. 517. nu. 16. Arismin. Tepat. d. tit. 498. cap. 11. in fine, Ant. Corfet. in suis singularib. lit. C. Contractus. Sed aliud in conditione, docent Joseph. Ludovic. nu. 23. Tepat ubi proxime. Quod limitatur ex eodem cap. verum, quando adjectum est in donatione, quod, modo non observato, revocetur; Surd. d. q. 48. nu. 70. Gratian. dict. c. 517. nu. 7. Sesse decis. Aragon. 31. num. 2. & alii, quos referunt ac sequitur 16 Hermos. nu. 27. Sed ingratitudine, vel contemptus dispositionis donatoris, hoc casu non nocet Ecclesiae, nisi simul Prelatus, & Capitulum omiserint, Surd. à nu. 73. ubi alios referunt; sequitur Hermos. nu. 29. Menoch. de recuper. remed. 9. nu. 921. Iul. Clar. d. §. donatio, quæst. 21. nu. 5.

Ibi: Sane ubi modus.

- 17 Cum modus fuit causa finalis, eo omisso, dispositio revocatur, sed si solum fuerit impulsiva, agitur duntaxat ad implementum; Gratian. supr. tom. 1. cap. 136. nu. 16. 17. Tepat. d. tit. 498. cap. 13. in fin. Ant. Corfet. ubi proxime, Bald. Novell. d. p. 6. privil. 50. Crav. conf. 246. n. 2. Becc. conf. 45. n. 39. Menoch. conf. 489. n. 19. vers. Respondetur secundum, Parlador. different. 147. in fin. ubi ad hanc distinctionem probandam commendat d. 48. tit. 5. p. 5. & d. 41. tit. 14. ead. part. & alios laudat Marescot. variar. lib. 1. c. 90. n. 7. Ex quo Ecclesie non privatur donatis ob modum non impletum; quoniam favore illius creditur semper modus esse causa impulsiva, & non finalis donandi; Hermos. n. 26. Sesse ubi proxime, Joseph. Ludovic. ubi proxime. Causa autem finalis, tunc modus censetur; cum eo sublatu donatio non fieret; impulsiva, quando etiam si modus adjectus non fuisset, donaretur? Marescot. ubi proxime, & nos infra hoc lib. cap. 20. nu. 43.

Vetl. Erit deinde.

- 19 Sequitur Hermosilla num. 25. sed absque domi-

nui probatione, actionibus personalibus sibi competentibus donator uti poterit, vel praescriptis verbis ad alimenta extorquenda; l. legem 9. C. de donat. vel conditione ob causam ad repetendum donata, d. l. 1. ubi Gloss. verbo, Condicio, quibus facilius jus suum persequetur, cum dominium difficultis probationis sit? Cyriac. controvers. 537. n. 8. Mascard. de probat. concl. 536. & omnes communiter.

Vers. Quinimò, & moram.

Accedunt Mieres part. 2. q. 4. illat. 8. num. 190. 20 cum sequentibus, Alciat. respons. 111. Cyriac. controvers. 247. n. 42. tom. 2. Hermosilla. n. 2. Menoch. conf. 131. nu. 6. & conf. 381. nu. 43. Gregor. Lop. in d. l. 6. Partit. Cravet. conf. 59. n. 7. Becc. conf. 172. nu. 16. vol. 2. Galganet. de condit. part. 2. c. 3. q. 7. nu. 27. Moram est purgare possit donatarius, nisi jus ejus, in cuius commodum modus adjectus fuerit, sit factum deteriorius; tamen fallit in specie d. l. 1. in qua morte purgationi non est locus; Hermos. pluribus laudatis, nu. 23. 24. Tusch. lit. D. concl. 711. nu. 17. Bald. conf. 250. vol. 3. Cyriac. tom. 2. controv. 239. nu. 22. Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 48. nu. 65. Haeres autem donatariorum omittens alimenta præstare, donata non perdit, dum obligationem ignorat, quia nec mitem commitit; Cyriac. controvers. 374. num. 20.

Ad Num. 7.

De hac quæstione latissime Hermos. in d. l. 7. 22 gloss. 4. per totam, tit. 4. part. 5. Sanch. conf. moral. lib. 1. cap. 6. dub. 1. Molin. de primogen. d. cap. 2. num. 74. cum seqq. Anton. Gom. in d. l. 40. nu. 29. vers. Sed circa supradicta: & adversus Bartolum, non posse donatorem revocare pactum in favorem Tertii, post acceptationem primi donatariorum, affirmant Anton. Gom. ubi proxime Fontanel. de pact. nuptial. par. 1. claus. 4. gloss. 9. nu. 45. Duennas. regul. 216. in fine, Avend. in dict. l. 40. Taur. gloss. 5. nu. 7. Villalob. in antimon. jur. Civil. & Regis. fol. 6. nu. 26. Azeved. in l. II. r. 9. tit. 6. lib. 5. Rec. pilat. Salced. in addition. ad Bern. Diaz. reg. 211. Gratian. Falcon reg. 410. Mieres part. 1. qu. 13. nu. 13. 20. Perez. in l. 3. tit. 8. libr. 3. Ordinam. Angul. de meliorat. lib. 1. gloss. 8. num. 21. Costa de patr. & nepo. pag. 9. Menchac. controvers. usq. frequent. c. p. 62. Guttier. in c. quamvis pactum, in princ. nu. 60. de pact. in 6. Cevall. qu. 249. nu. 2. cum seqq. Fachin. lib. 8. controvers. c. 39. Mendoza. disputat. jur. lib. 3. cap. 9. num. 45. Parlador. quotidian. lib. 2. c. 3. n. 37. Castill. quotidian. lib. 4. c. 5. num. 21. Menoch. conf. 723. n. 22. Quorum plerique idem sentiunt licet primus donatarius consentiat in pacti revocationem.

Sed contrarium sequuti Bartolum defendant Hermos. ubi supr. n. 3. Molin. nu. 74. vers. in primo casu, Sanch. nu. 3. Iul. Clar. d. lib. 4. §. donatio, q. 13. nu. 5. Gregor. Lop. in d. l. 7. gloss. 4. Gomez Arias in l. 25. Taur. num. 30. Gabriel. lib. 3. commun. tit. de donat. concl. 5. nu. 1. Pat. Molin. disp. 265. num. 14. cum seqq. Boer. decis. 312. Anton. Faber. in Codic. tit. de donat. que sub mod. 37. diffinit. 2. Trentacinq. variar. lib. 3. resol. 1. tit. decis. 204. nu. 13. 14. & conf. 150. nu. 102. Mantic. de tacit. convent. lib. 13. tit. 48. nu. 8. 9. Cancer. variar. resolut. part. 1. c. 8. de donat. num. 52. Gratian.

Gratian. disceptat. tom. 1. c. 49. num. 4. &c. 575. Cyriac. tom. 2. conrovers. 269. nu. 83. Alciat. in rubric. nu. 31. ff. de verb. ob ig. Guttier. practicar. lib. 2. q. 52. nu. 6. & plurimos de hac quæstione tractantes cumulat Castill. ubi supr. ac limitationes ad hanc ultimam opinionem tradit Molin. d. dispe. 265. à num. 9. & Hermos. gloss. 4. à nu. 4. usque ad finem.

- 24 Illud competit est, Bartoli sententiam non admitti in institutione majoratus, vel alius donatibus familiæ reliquis, ut ordine successivo ad alios, donata perveniant; nam acceptante primo donatario, quodam omnes irrevocabiles redditur dispositio, Molin. num. 75. vers. In secundo casu, Hermos. num. 15. 16. Gut. num. 4. Sanch. num. 8. Pat. Molin. num. 9. 10. Cyriac. controv. 312. à num. 85.

Ex quibus appetat, quam dubium sit discernere, ex his qua magis communis opinio sit; & quilibet, quam sequitur, ipsam receptionem affirmat; nihilominus Bartoli sententia præstantior & autoritate, & ratione censetur; secundum quam donator, dum à Tertio non acceptatur, quod in ipsius utilitate est pactum, non prohibetur illud etiam in vitro principali donatario revocare, nisi hujus interitus pactum in favorem Tertii observari, quoniam runc & ipsius consensus erit opus; quod ita sentiunt DD. pro Bartolo allegati; & assertit Sanch. nu. 5. et si Cancer. donatris primi consensus semper ad revocationem pacti in favorem Tertii requirat, d. n. 12. vers. Vitrum autem.

Vers. Quinto, Bartoli sententia.

Hoc verum est, interveniente donatarii acceptatione, alias donatio inter vivos libere licet revocare Sanch. de matr. lib. 1. dispe. 6. à n. 2. ubi latissime, Hermos. in l. 4. gloss. 1. n. 27. tit. 4. p. 5. apud quos plures, cum adhuc perfecta non sit, ut dictum est supr. n. 1. cum seqq. Hermos. cum plurimis nu. 18.

Vers. Primum sane.

Præsens assertio proculdubio procedit, atque ita docent Hermos. in d. l. 7. gloss. 17. Mantic. de tacit. convent. lib. 13. tit. 48. num. 9. vers. Si vero, Gratian. disceptat. forens. cap. 405. n. 26. 37. & d. cap. 575. nu. 12. Pat. Molin. nu. 18.

Ad Num. 9.

Recedit ab hac sententia Hermosil. d. gloss. 4. nu. 32. 11. afferens, verius esse, non posse donatarium implere modum, postquam donatorem penituerit. Quod verum erit, quando donator ex implemento modi aliquod incommodum senserit, ut in casu d. l. si cum fundum; alias contrarium cum D. Covarruvias hic tenendum est; si quidem donatarius etiam in invito donatore poterit te donata pro suo arbitrio uti, & gravamen sponte executioni mancipare, v. g. Si Stichus sit donatus, ut post quinquennium liber fiat, si donator ante illud tempus mutaverit voluntatem, donatarius manumittere non astringitur; l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. poterit tamen ultrò, quinquennio transacto, Stichum libertate donare; nec obstabit prohibitio donatoris, qui non potuit post perfectam donationem gravamen manumittendi inducere, cum in sua quilibet sit moderator, & arbitrus; l. in re mandata 12. C. mandati, d. l. perfecta; igitur donator revocans pactum in alterius favorem donatarium principale exonerat, sed non impedit ut de re sua ad libitum disponat. Atque ita tenent Cancer. d. cap. 8. n. 52. vers. Ut autem. Mantic. dict. lib. 13. cap. 43. num. 8.

Ad Num. 8.

Imo l. si cum fundum 37. ff. de pact. aperte Bartolo patrocinatus, ubi Proculus pro regula constituit, dominum illius fundi posse conventionem admodum Tertii factam revocare, a qua duos excepti casus, scilicet quando res non est integra, quia jam conventionem coepit executioni mandari, vel si illius, qui pro utilitate Tertii pactus fuit, adimpleri conventionem, interficit; quæ exceptione firmant regulam in contrarium, l. nam quod liquidat 37. 4. S. fin. ff. de pen. legat. Pereja de instrument. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 5. num. 44. Everard. in locis legalib. loc. 9. ab exceptione ad regulam, & loc. 99. ab speciali, Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. dispe. 16. n. 40. eisque neque Bartolus, neque aliquis ex sequacibus suis non admittent, quinimò

Idem

Idem quod de donatario de ipsius hæredē dicendū est; nam si secundus donatarius ante primum decebat, ad suos hæredes commodum donationis, quam acceptaverat, transfert; nec evanescit substitutio, etiam si nondum venerit casus, in quo restitutio fieri debet; Cancer: d. cap. 8. num. 53. & part. 3. cap. 21. n. 95. Dec. conf. 427. Berengar. Fernand. in cap. unic. de fili. nat. ex matrimon. ad Morgan. contract. cap. 10. prelud. n. 9. 10. contra Peregrin. de fidei com. art. 51. n. 20. Alciat. conf. 3. Avend. in l. 40. Taur. gloss. 18. n. 23. Imò si donatarius moriatur, antequam acceptet, successor poterit acceptare juxta tradita per Hermof. in l. 4. gloss. 1. n. 53. tit. 4. p. 5. maxim. si Notarius defuncti nomine fuerit stipulatus; Anton. Fab. decad. 57. error. 5. Seraphin. decis. 801. r. 4. Molin. d. c. 2. n. 77. vers. Similiter.

Ad Num. 10.

Sequuntur D. Covarr. in presenti Pat. Molin. disp. 36. 265. n. 11. Mantic. d. tit. 48. num. 12. Sanch. d. dub. 1. n. 7. Gratian. d. cap. 575. n. 63. Mieres p. 1. q. 22. n. 37. Trentacing. d. resol. 1. tit. de donat. in fine, cum seq. Hermof. d. gloss. 4. n. 9. Sed tamen ea limitatio non videtur admittenda ad doctrinam Bartoli secundum eos, qui docent, iuramento non revocandi donationem, non effici irrevocabilem ante acceptationem, quos referunt Hermof. in d. gloss. 1. n. 41. Sanch. d. disput. 7. num. 24. nam si seculo iuramento desideratur acceptatio secundi donatarii ad irrevocabilitatem pacti, idem erit dicendum, licet accedit iuramentum, quod naturam actus sequitur, cui adhaeret l. fin. C. de non num. pecun. l. fin. ff. qui satia. cogant l. 27. tit. 11. p. 3. Sanch. num. 24. Guttier. in d. cap. quamvis pactum, in princip. num. 55. Quæ ratio æquè urget, five donator juraverit non revocare donationem, in qua pactum fuit appositum, five pactum ipsum.

Ad Num. 11.

37. Ex d. l. quoties, neque utilis actio, neque jus aliud ante acceptationem secundi donatarii ei queritur, Hermof. d. gloss. 4. n. 3. in fine, Ant. Fab. in Cod. tit. de donat. q. sub mod. de fin. 2. & sentiunt laudati supra. num. 3. licet contrarium prober. 38. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 30. maximè de jure Regio, cum nulla obligatio civilis, aut naturalis oriatur ex donatione non acceptata; ut latè probat Sanchez dicit. 7. princip. maximè num. 18. 21. ubi idem esse jure Regio defendit, non obstante d. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Obligatio autem parit actionem, quæ fine illa subsistere non potest, l. sed & silege 28. l. consoluit, ff. de petit. heredit. Menoch. conf. 231. num. 29. Nec acceptatio primi donatarii quoad secundam donationem attenditur; nam secundum Menoch. & alios, quos ipse refert, conf. 11. 53. num. 2. prima donation, ac secunda, sunt distinctæ, & quilibet principalis; quare consensus ejus, cui donatur, desiderat: Sanch. dub. 1. num. 3. Cabed. decis. 5. p. 2. num. 3. Hermof. ubi proximè, nec inter illas in hoc aliqua reperitur differentia, Molin. d. c. 2. n. 74. vers. In primo casu. Atque ita, sicut nulla actio, aut obligatio queritur primo donatario ante acceptationem, ita nec secundo: quicquid distinguat Anton. Gom. supra.

40. Est communis opinio, que habet, etiam stipulante Notario pro absente, ante ratificationem posse donationem revocari, Sanch. d. dub. 1. n. 4. & d. disput. 7. n. 11. Alciat. in c. cum contingat, el tercero, ad finem, de jurejur. Molin. d. c. 2. num. 59. 74. cum aliis, Tiraquel. de confin. p. 3. lim. dit.

30. n. 8. Thesaur. decision. Pedemont. 70. num.

3. 4. Sed magis communiter D. Covarruvias sententia contraria recepta est, quam tenent Tondut. Canonic. quest. c. 83. n. 11. Hermof. qui plures laudat. d. gloss. 4. n. 10. Flores de Mena in Addition. ad Gamman. decis. 8. vers. Vide si igitur, Ludovis. decis. 567. numer. 3. Cacheran. decis. 35. Pat. Mol. disp. 265. n. 10. Jul. Clar. d. q. 13. n. 5. Cancer. d. cap. 8. n. 52. vers. Quam tamè, Menoch. conf. 92. num. 76. Ant. Gom. ubi proximè, Cost. de re integr. c. 79. n. 5. qui ferè omnes in specie d. l. quoties, loquuntur, quibus addit Cyriac. tom. 2. controvers. 322. per totam, ubi à n. 24. probat idem esse in contractibus ultro, citroque obligatoriis, quod etiam tradit D. Covarruv. communione esse affirmans, in rubric. de testament. p. 3. n. 18. Neque obstat ratio Sanch. d. disput. 7. n. 12. ubi 41 oppositum sentit, cum aliis, siquidem non est inconveniens, ut contractus claudicet ex contrahentium voluntate, cum possit unus se astringere ex parte sua absque eo, quod alter sibi obligetur, l. sicut. 23. §. 1. cum l. seq. ff. locat. Menoch. conf. 697. n. 2. Quæ facilius procedunt iure Regio, ex l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. lat.

Ad Num. 12.

An nondum sequuta ratificatione ex sola Notarii stipulatione acquiratur Tertio actio utilis? est etiam quæstio dubia, de qua Cyriac. ubi proximè à n. 3. Cevallos q. 54. qui duas communes contrarias refert opiniones, & verius ac communius est, non acquiri; Ludovis. ubi supra, Marefot. variat. lib. 2. cap. 20. num. 1. Roland. conf. 19. num. 28. lib. 1. Sed in casu. d. l. quoties, acquirante acceptationem actionem: tenet Menoch. à n. 76. ubi alios refert; tamen verum non est ex dictis, supra n. 39.

Licet Statuto permittatur, quod alteri per alterum permutetur: ut ex ea stipulatione sine cessione agi possit, ratihabitio desideratur; Sanch. ex aliis d. disput. 7. n. 11. Molin. d. c. 2. num. 63. Cartreni. conf. 171. n. 5. lib. 2. Sed eo ipso quod agit, quis ratificat; Marefot. supra lib. 1. cap. 81. n. 14. Deci conf. 367. num. 3.

Ad Num. 13.

Quod de jure Regio alteri per alterum potest 44 stipulari, probavimus supra num. 9. Non pauci sentiunt quod extante d. l. 3. titul. 8. lib. 3. Ordinam. quæ est d. l. 2. titul. 16. lib. 5. Recop. licet donatio facta nequit etiam ante acceptationem revocari; Anton. Gom. d. cap. 4. n. 3. in fine, Pat. Molin. supra, disput. 365. in fine, Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 3. n. 36. Roderic. Suan. in l. quoniam in prioribus, quest. 8. num. 7. C. de inoffic. test. Ceval. quest. 54. num. 13. Dueñ. reg. 119. limit. 1. Matienz. in l. 7. gloss. 2. num. 21. titul. 10. lib. 5. Recop. Dida. Per. in l. 3. tit. 8. l. 3. Ordinam. Angul. in l. 1. gloss. 5. n. 28. & gloss. 8. n. 17. in fin. tit. d. las mejoras, Palac. lib. 5. de contractib. cap. 11. §. ut meam, & alii apud Sanch. & Hermof. statim laudando.

Contrarium tamen, ut D. Covarruvias, ita & plerisque placet, usque magis receptum est, ut tenent Hermof. in l. 4. gloss. 1. n. 27. tit. 4. p. 5. Guttier. in cap. quamvis pactum, in princip. num. 53. de part. in l. 6. Molina d. cap. 2. n. 60. cum aliis, Sanch. sup. disput. 6. num. 8. Cancer. d. c. 8. n. 24. Olan. in concord. lit. D. numer. 43. Avenida. in c. Prator. part. 2. cap. 19. num. 11. No. 40. allegat. 22. n. 6. Salgad. in labyrinth. crea-

dit. part. 2. c. 36. à nu. 60. Castill. controvers. lib. 4. c. 37. nu. 39. & lib. 5. c. 152. nu. 19. Mieres de majorat. part. 1. quest. 36. à nu. 2. & qu. 68. n. 11. Menchac. de succession. creat. lib. 3. §. 21. n. 43. Burg. de Paz jun. in suis q. civil. qu. 10. num. 23. 45. Azeved. in d. l. 2. Recop. lat. n. 20. in fine, Vilalob. in autrox. jur. dit. D. n. 173. 176.

Quas sententias concordat Hermof. assertens, primam veram esse, ubi donatorem voluisse se obligare ante acceptationem constat: secundam, quando id non appetit.

45 Hic obiter libert advertere in praedita controversia, D. Covarruvias pro utraque parte, quasi sibi contrarium allegari; ut faciunt Hermosilla, & Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 3. n. 33. 34. sed locis, in quibus pro adversa parte citatur, attente perfectis, appareat, nunquam assertuisse contra id, quod in praesenti fatetur aperte; nam in c. quamvis pactum, part. 2. §. 4. num. 25. de part. in 6. aliorum refert exstimationem, quam non esse fundamento definitam duntaxat ostendit, sic ille: Alii videbuntur, & id jure & quissimo, lege Regia probari priorem Abbatis opinionem, & ex ea dari actionem pollicitationi, naturalemque obligationem. Atque ideo inquit Parlador. d. nu. 33. D. Covar. ibi subdubie, ac nutrante fuisse loquuntur, & in suam sententiam inclinare videntur Alter locus extat sub hoc cap. num. 2. in fine, in quo nullum verbum de revocatione donationis, sed agit de actione, quæ Tertio absenti datur ex conventione inter alios, & adhuc dubius loquitur, utens verbo, videtur. Hæc non abs re dicta sunt, ne aliquis putaret, hac in re tantum virum palinodium cecinisse.

Vers. Secundo deducitur.

Assentit Olea de cession. jur. tit. 4. q. 9. & in miscellan. qui latissime de re ista per totam quæstionem differit; cumulans casus, in quibus sine cessione alteri per alterum actio queratur: & in d. q. plurimis laudatis, nu. 29. resolvit ex stipulatione Norarii, actionem abfque cessione absenti acquirent, notans, esse controversum, & ab usu jam recessisse, cum raro practicetur, ut Notarius stipuletur pro alio. Regulariter vero, actionem personalis, nisi per cessionem in singularem successorem non transferri compertum est; ut ex multis probat idem Olea in miscellan. n. 1. & quid de procuratore in quæ nu. 4.

Vers. Tertio apparent.

Vide Guttier. practic. lib. 2. q. 52. n. 6. Fontanel. de part. nuptialib. claus. 4. gloss. 9. part. 1. nu. 4. 5. Menoch. conf. 286. nu. 14. Mantic. d. lib. 13. tit. 48. à n. 9. Cancer. d. c. 8. n. 52. & in majorantibus postquam primus acceptaverit, non est locus revocationi in præjudicium vocatorum, quamvis donator, ac donatarius consentiant, si irrevocabiles alii sint: juxta l. 43. Taur. Hermosil in d. l. 7. gloss. 4. nu. 15. Ceval. qui plures laudat, q. 249. nu. 4.

Vers. Quartio subinfertur.

46 Ex stipulatione pro absente facta ante ipsius acceptationem nullam oriri obligationem, maximè si persona publica, ut Notarius, non fuerit stipulatus, docent Sanch. d. disput. 7. n. 18. alii apud eundem. Quare poterit promitor à convenit, invito stipulatore, cujus nihil intereat, reflire; Molin. d. disput. 265. num. 10. & dixi sup. nu. 24. Neque refert, quod verba promissionis dirigantur in præsentem, ex quo ei ejus quæstum videtur, ne absque ipsius consensu licet actum revocare: Nam ubi nulla utilitas stipulatoris versatur, verbo tenus ejdem promittitur, & effectus, exequitioque tota obligationis in absente confortur, ut considerat Sanch. ibidem, pro quo faciunt d. l. 3. ff. de serv. export. l. 3. ff. qui sin. manum. Sed stipulante Notario, revocari non posse verius est: ut dixi sup. n. 40. etiam si Faria addit. ad Covar. Tom. L

ejusdem accelerit consensus; quoniam absentis conditionem meliorem, non deteriorem facere hujusmodi publicæ personæ possunt, quod utilitaris causa receptum est: stipulatio enim hec proficit ad irrevocabilitatem, non ad acquisitionem, Ma-

rcos. in d. l. 2. Recop. lat. n. 20. in fine, Vilalob.

in autrox. jur. dit. D. n. 173. 176.

Vers. Secundo loco.

Pichard. in d. l. alteri, à nu. 24. hanc declaracionem admittendam non esse sentit, probans in d. l. quoties, per donatoris stipulationem actionem substituto donatario non queri; sed speciali favore concepsum esse illi, ut agere contra primum donatarium possit ex voluntate ejus, qui donavit: utcumque sit, donatio ante acceptationem poterit revocari.

Vers. Tertio est considerandum.

De hoc Sanch. latè d. disput. 7. à n. 4. & n. 6. congerit personas, quæ pro aliis possunt stipulari, adnotans, ad stipulandum requirent speciale mandatum, ex Glos. verbo, babuerit, in c. si tibi absenti, de prob. in 6. ex D. Covarr. infra lib. 3. c. 16. nu. 4. Burg de Paz ubi proximè, d. q. 10. n. 12. De quo etiam videndi sunt latè agentes, Mantic. supra, lib. 14. à n. 15. ad 28. Robles de Salced. de representat. lib. 3. c. 18. à nu. 40. & quidem poterit; sed donatio revocationi, donec ratum habeatur, subjacebit; Hermosilla in d. l. 7. gloss. 4. n. 7. & dictum est nu. precedenti.

Vers. Quartum verò ad contractam.

Assentit Olea de cession. jur. tit. 4. q. 9. & in miscellan. qui latissime de re ista per totam quæstionem differit; cumulans casus, in quibus sine cessione alteri per alterum actio queratur: & in d. q. plurimis laudatis, nu. 29. resolvit ex stipulatione Norarii, actionem abfque cessione absenti acquirent, notans, esse controversum, & ab usu jam recessisse, cum raro practicetur, ut Notarius stipuletur pro alio. Regulariter vero, actionem personalis, nisi per cessionem in singularem successorem non transferri compertum est; ut ex multis probat idem Olea in miscellan. n. 1. & quid de procuratore in quæ nu. 4.

Vers. Quarto ex supra dictis.

Ita Sanchez ubi proximè, n. 28. Molin. d. c. 2. à n. 60. de quo supra, n. 44. 45.

Vers. Principaliter, & quinto.

Hanc limitationem approbant, Hermosil. d. gloss. à nu. 13. ubi alios refert. Pat. Molin. supra num. 12. Trentacing. varia. lib. 3. resol. 1. de donat. n. 14. vers. Declara hanc.

Vers. Quamobrem ut hec quinta.

Recedit à D. Covarruvias Hermosil. cum nonnullis ubi proximè, tradens præfamat limitationem absolute; ait enim post adventum diei præscripti, ut pactum in favorem Tertiū exequatur, locum non esse penitentiae, es si secundus donatarius non acceptaverit: cujus fundamentum est, quod cum per d. l. Partitæ, veniente die restitutionis, dominium, & possessio, ipso jure transiret in substitutum donata-

I